



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

46. De Anabaptista quodam, qui supplicio affectus matri suæ apparuit,  
indicans se perpetuò damnatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

les, quæ in gratiam lectoris, & aliorum ædificationem subiungenda putauimus: neque enim Deus rara ista & admiranda fieri permittit, vt silentio sepeliantur, sed vt in edito posita, omnibus sint in documentum & ædificationem.

*De Anabaptista quodam, qui supplicio affectu matris sue apparuit, indicans se perpetuo damnatum.*

## CAP. XLVI.

**D**. Martinus Duncanus, Decanus Hagensis, vir doctrina & vitæ integritate commendatissimus, retulit se adhuc apud Harlemiam agente, ibidem contigisse, circa annum Domini 1557. vt Anabaptista quidam nomine Adrianus, matrem suam adhuc Catholicam conaretur in suam sectam pellicere. Accidit autem Anabaptistam illum in carceres cõfiteri, vltimoq; supplicio adiudicari. Ad quod cum iam deducendus esset, accessit cum mater, rogans vt post obitum sibi appareret, seque de statu suo certiorẽ redderet. Quem si felicem cognosceret, se in eandem doctrinam concessuram. Filius supplicio affectus, paulo post matri apparuit in forma teterimi nigerrimique canis, aiens se esse filium suum, ac perpetuo damnatum.

*De concionatore Calvinista, qui ad populum concionaturus, presente muliere Catholica, que eo die sacram Eucharistiam perceperat, diuinitus obmutuit.*

CAP.